

prius q̄ cursus conficiatur. palma cuiq̄ datur  
 aut deferretur corona. Merito paul⁹ certamen in  
 quit bonū certam. cursum s̄sumavi fidem serua  
 ui. Qd̄ reliquū ēposita est michi corona iusticiē  
 quam red det michi dñs in illa die iustus iudex  
 Non solum autem michi. sed etiam hñs quā di  
 ligunt aduentū eius. In illa inquit die red det.  
 non hic. Hic autem in laborib⁹. in piculis nau  
 fragñs. quasi athleta bonus decertabat. qz scī  
 ebat. quomā p̄ multas tribulacōes oportet nos  
 intrare in regnū dei. Ergo nō potest quis p̄miū  
 accipere nisi legitime certauerit. Hec est glorio  
 sa victoria. nisi ubi fuerint laboriosa certamina  
 Nōne iniustus est. qui ante dat premiū q̄ certa  
 men fuerit absolutū. Ideoqz dñs in euangelio  
 ait. Beati paupes spiritu. qm̄ ip̄oz est regnū ce  
 loz. Non dixit. beati diuites. sed paupes. unde  
 incipit beatitudo iudicō dīno ubi erumpna esti  
 matur humano. Beati qui esuriūt. qz ip̄i satura  
 buntur. beati qui lugēt. qm̄ ip̄i solacōnem habe  
 bunt. beati misericordes qm̄ ip̄is miserebiē de⁹  
 beati mundo corde. quomiam ip̄i deū videbunt.  
 beati qui p̄secucōnem paciuntur p̄pter iusticiā.  
 qm̄ ip̄oz est regnum celoꝝ. beati estis cū vobis  
 maledicēt hoies. et p̄sequentur et dicent omne  
 malum aduersum vos p̄pter iusticiā. Gaudete  
 et exultate qm̄ merces vestra copiosa est in celo